

iussit omnia pacta et conventiones, olim inita inter eos, firmiter observari [a]; et etiam
 plura in gravamine Urbinatum, quam Ariminensium, addidit. Urbinates vero petebant
 obsides civibus Caesena, quorum fiducia in manus praedicti comitis miserant: pe-
 tentes vero Caesenates praedictos obsides comiti, et eo promittente reddere et non
 faciente, habita primo Faventinorum fiducia, quod si Ravennates vel aliqui vellent
 eos offendere, quod iuvarentur ab eis, summo mane clam civitatem Forumpopilii [b],
 ubi praedicti obsides detinebantur, intrantes, summa vi praeliando praedictos obsides
 abstulerunt et domum duxerunt [c], et amicis suis, sicut eis promiserant, reddiderunt.
 Hoc Ravennates audito [d] et sibi ad iniuriam reputantes, contra Caesenates cum Ari-
 minensibus, Popiliensibus, Bretenoriensibus et Liviensibus conspiracy fecere, di-
 cendo, se palam ituros super [e] Caesenates. Faventini vero, quia promiserant [f] se
 iuvaturos homines de Caesena [g] a praedictis, miserunt ambasciatores Ravennam,
 Forlivium [h], Forumpopiliam, Bretenorium, quod Caesenatibus guerram incipere
 non deberent, quod si facerent, tanquam sibi factum reputarent. Ravennates hoc
 spreto [i], cum Popiliensibus, Bretenoriensibus et medietate Liviensium, comitatum
 intraverunt Caesena, eorum segetes vineas et arbores inimicabiliter depopulando.
 Faventini vero, videntes quod Ravennates non desistebant ab inquietatione hominum de
 Caesena, spretis Faventinorum precibus, anno MCCXXXIII [j] die ultimo mensis Junii,
 comitatum intraverunt Ravennatum, et omnia usque Plantam de Borfaglaco [k] [l]
 comburendo ac capiendo, perpetrarunt hostiliter [m], in eorum obrobrium [n] campanile
 Sancti Stephani prostraverunt in planum. Insuper castrum Cortinae [o] vulcano supe-
 rante [p], de intus inclusis plenum praeliando habuere triumphum. Demum regredien-
 tes apud Pratam de Monacho, per v. fere dies, cum paucis militibus, et quasi fere
 nullis [q] ibidem moram fecere, existimantes si Ravennates et Livienses [r] qui si-
 militer [s] apud Sanctum Clericum [t] castrametati aderant, in nos insultum [u] fa-
 cere vellent [v]. tunc Faventinus [w] potestas sero concionem faciens [x], in qua pu-
 quodam

[a] firmiter observari, Codd. M. et A.; sumiter observari, C. V. — [b] Forumpopilii, C. M.; Fori-
 pompilii, C. V. — [c] et domum duxerunt, C. V.; et domi duxerunt, C. M. — [d] Hoc Ravennates audito, C. V.;
 Hoc Faventini audito, habet cl. Mitt. — [e] se palam ituros super, Codd. M. et A.; se palam iratos
 contra, C. V. — [f] quia promiserant, C. V.; quod promiserant, legit cl. Mitt. — [g] homines de Cae-
 sena, Codd. A. et V.; homines de sena, C. M.; homines de serra, Cl. Mitt. — [h] Ravennam, Foroli-
 vium etc. Sic lego. Codd. habent: Ravennae, Forlivii etc. — [i] hoc spreto, C. A.; hoc spleto, Codd. M.
 et V. — [j] anno MCCXXXIII, Codd. M. et V.; anno MCCXXXIII, C. A. — [k] usque Plantam de Borfaglaco,
 C. M.; usque planta de Borfaglaco, C. V.; usque plantam de Borfagliaco. — [l] perpetrarunt hostili-
 ter. Sic Codd.; sed legendum: pertractarunt hostiliter. — [m] in eorum obrobrium, Codd. A. et V. In C. M.,
 verba haec detrita sunt. Cl. Mitt. sic legere studuit: indeque exelsum. — [n] Castrum Cortinae, C. M.
 Castrum Cortinae, C. V. — [o] vulcano superante, Cl. Mitt.; et sic in margine, C. V. In textu vero, C.
 V. habet: praeliando superavere et de etc. — [p] quasi fere nullis. Sic C. M.; sed habet bis fere. In
 C. V.; quasi fere omnes milites. — [q] si Ravennates et Livienses. Sic Codd. M. et V.; si Faventini et Li-
 vienses, Cl. Mitt. — [r] qui similiter, Codd. M. et V.; qui simul, legit cl. Mitt. — [s] apud Sanctum Cle-
 ricum, Codd. M. et A. Cl. Mitt., Sanctum Clericum, habet pro Sancto Quirico. — [t] in nos insultum. Codd.
 habent: in nobis insultum. — [u] facere vellent, C. A.; deficient hic reliqui Codd. — [v] tunc Faventinus,
 C. M.; et Faventinus, C. V. — [w] concionem faciens. Sic Codd., sed lege: concionem fecit.

[A] In territorio Ravennae, dioecesi tamen Faventina, erat ecclesia Sanctae Crucis de Borfaliaca,
 sive Burfaliaca, de qua in chartis, ann. 1351, Caps. A., n. 163, Arch. Archiep. Rav.